GREGORIUS I. MAGNUS
Österreich (?), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 289r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Duo sunt et enim que dicuntur porta interior atque
extra hanc atrium interius, quaeremus hoc ipsum
atrium exterius sit et intus; Exterius aportet inte-
rius autem sic prediximus porque quasi narrando subiun-
xit; Sancta enim et tunc duces uitas habet. Unde quam
temporaliter ducit. Aliam quam in aeternum recipit;
Una qua laborat in terra. alia qua remuneratur in
caelo; Una qua mercedes collegit. alia uero in qua
iam de receptis mercedibus gaudet atque in utraque
uita offert sacrificium. Hic uidelicet sacrificium
conpunctionis. et illic sacrificium laudis; De hoc
sacrificio dicitur; Sacrificium deo spiritus contribulatus;
De illo scribitur est; Tunc acceptabis sacrificium iustitiae
oblationes et holocaustae; De quo rursus ait;
Ut cantem tibi gloria mea et non conpungar; In utroque
autem sacrificio carnes offeruntur quia hic oblatio
carnis est maceratio corporis. ibi oblatio carnis
est in laude dei gloria resurrectionis; Tunc quippe illic
quasi in holocaustum offertur caro quando in aeterna in
corruptione permutata nil contradictionis nil
mortalitatis habuerit quia tunc simul amoris eius
ignibus accensa in laude sine fine permanebit;